

maius minus tolerare.“¹⁾ Sed concessum huius generis peculium ipsum proprietatis vitium brevi subsecutum est, ita ut iam anno 1493 Capitulum Generale Cisterciensium contra pessimam peculii speciem insurgere deberet: „Mandatur et praecipitur, quod quilibet abbas . . tollat ordinis auctoritate ab universis religiosis quaecumque peculia sive in animalibus sive in vineis, terris, hortis, grangiis aut quibuslibet similibus.“²⁾

Facile ergo hanc epocham iam missam facimus ita concludentes: Ante Concilium Tridentinum 1. peculium dependens compatibile licitum erat idque de lege, 2. peculium dependens incompatible inde a Benedicto XII de lege expresse prohibitum erat et solum ex consuetudine contraria licitum dici poterat.

(Conclusio in fasc. seq.)

Ein Aktenstück zu Beginn des abendländischen Schismas.

Von Dr. Fr. Bliemetzrieder.

Eingestandenermaßen sind die historischen Quellen nicht bloß in einer Richtung von Bedeutung. Ein diplomatisches Aktenstück kann zugleich historische Berichte enthalten. Beides fällt aber nicht zusammen; man weiß welche Kriterien in vielen Fällen anzuwenden sind, um aus diplomatischen Aktenstücken die reine historische Wahrheit zu entnehmen. Ein Quellenstück in den Diensten der Diplomatie hat ohne Zweifel seine geglättete äußere Form. Der Entwurf dazu wird vielfach korrigiert werden, derselbe ist als solcher zu treu die Wirklichkeit wiedergebend, und die Wirklichkeit ist es ja oft nicht, womit die Diplomatie zufrieden ist, sondern sie strebt ihren Zwecken zu. Gerade deshalb aber weil der Entwurf oft unmittelbarer und treuer ist, hat er als historischer Bericht eine größere Bedeutung.

Dies gilt von dem im folgenden abgedruckten Quellenstücke. Es ist eine Gesandtschafts-Instruktion, gehört also zur Diplomatie. Es ist aber der Entwurf und da er den Zwecken der Mission nicht entsprach, wurde er korrigiert. Und doch sind die korrigierten Stellen als historische Berichte hochinteressant. So mußte z. B. der Punkt in der ersten Form „Item informetur dominus noster quod ubi sunt X persone novem sunt pro isto maledicto Bartholomeo et unus pro opinione dominorum, et super hoc provideat sibi et Ecclesie universali“, Klemens VII. und seinen An-

¹⁾ Thomassinus P. I. L. III. C. XXI. n. IX.

²⁾ Paris, Jul. O. Cist., Nomasticon Cisterciense. Parisii 1664, Dist. VII, Cap. VII. art. IX.

hängern sehr wehetun, und auch auf den Schreiber und seine Umgebung in Avignon ein ungünstiges Licht werfen. Diese harte Form wurde also gemildert: Item informetur dominus noster, quomodo multos sequaces habet iste Bartholomaeus male informatos, et de maior[ibus] et minoribus propter malam informacionem. Und doch als historischer Bericht ist die erste Form von größerer Bedeutung. Die Quelle darf also nicht in der purgierten Form abgedruckt werden, sondern genau wie sie in der Vorlage erscheint, in der ersten Form und mit den Korrekturen. In der Weise verfare ich im folgenden Abdruck. Die letzte Form erscheint in gewöhnlichen Lettern; die Korrekturen und Streichungen sind durch Kleindruck gekennzeichnet.

Diese Gesandtschafts Instruktion für Ägidius de Bellemere wurde nach N. Valois¹⁾ im letzten Drittel des Oktober 1378 verfaßt. Sie ist handschriftlich im Vatikanischen Archiv, Instrumenta miscellanea 1378, in 4 Streifen, jeder von c. 15 × 45—46 cm. Diese Streifen waren ursprünglich aneinandergenäht; die Löcher der Naht sind noch jetzt sichtbar; auch sind sie bezeichnet mit den Buchstaben: —, b, c, d. Auf den Aversseiten derselben sind die Vermerke: 1. Streifen: Mem[oria] domini Egidii Bellemere, darunter modern: 1378. Instruccio cardinalium Avenionen[sium] data Egidio Bellamere misso ad Clem. VII. noviter in pontificem electum; Streifen c: oben modern: 1378; Streifen d: oben modern: 1378, von einer und derselben Hand.

Memoria eorum que sunt iniuncta domino
Egidio Bellemere per dominos meos
card[inales] Avinion[e] existen[tes], super hiis
que contingerunt post recessum Joh[ann]is
Henrici can[on]ici Arien[sis], et Joh[ann]is Hervei
servien[tis] armorum. —

Primo explicabit domino nostro Clementi, quod per diversas litteras plurimorum XI^a. et XII^a. mensis presentis sciverunt ipsum dominum olim card[inalem] Gebennen[sem] electum in summum pontificem in loco de Fundis XX^a. die mensis Septembris, de qua fuerunt gavisus in immensum et humiliter et devote se recomendant sue sanctitati, quam Deus dirigat et conservet ad felicem gubernacionem ecclesie sue sancte.

Item explicabit dicto domino nostro causam, propter quam non possunt mittere pecuniam, quam Rex misit hic, que fuit deposita penes me card[inalem] Albanen[sem] per Bernard[um]

¹⁾ N. Valois; La situation de l'Eglise au mois d'Octobre 1378 (Mélanges Julian Havet, Paris 1895), S. 453. — Herr k. k. Professor Dr. H. Pogatscher, Bibliothekar am Istituto austriaco di studii storici in Rom, hat mir auf mein Begehren die photographische Aufnahme der Handschrift freundlichst besorgt.

de Montleherij¹⁾ consiliar[ium] reg[ium], ex eo quia dominus Albanen[sis] non potest eam tradere, nisi ipse habeat obligacionem Camerarii ap[ostoli]ci²⁾ sub certa forma et tenore hic dimissis per dictum Ber[nardum] penes me card[inalem] Alban[ensem], quam obligacionem vel procuratorium ad obligandum nondum³⁾ misit dominus camerarius, licet III^{or.} nuncios propter hoc ad ipsum miserimus.

Item quia dicta obligacio vel procuratorium ad obligandum non venerant, et dubitabamus de periculis itinerum et ne nostre littere potuissent ad dominum Camerar[ium] pervenisse, impetramus a domino Rege, quod contentar[etur] de obligacione, quam faceret notarius apostolicus thesaur[arius] apostolicus⁴⁾ obligando se tanquam camer thes[aur]arius apostolicus et cameram⁵⁾ ap[ostoli]cam, quod Rex concessit cum hoc quod obligaret se et cameram modo et forma quibus obligare se debebat camerarius, ut dictum est, et cum promissione quod tamen obligacionem camerar[i] modo predicto redderet infra festum Natal[is] Domini domino Albanen[si] nomine Regis vel redderet summam predictam.

Item cum domini voluerunt predictam pecuniam mittere cum galeis per dominum Egidium, repertum est quod thesaur[arius] nullam potestatem habet obligandi cameram.

Item ultra hoc, ut suprascriptum est, supervenerunt nova, quod dominus noster Cle[mens] VII^{us.} creatus est, et per consequens eciamsi habuisset potestatem obligandi cameram se[de] vacan[te] suum officium expiravit, cum non haberet potestatem, nisi a domino camer[ario], cuius potestas quantum ad officium thesaur[arii] per eum commissum expiravit, et idcirco quia non poterat dari securitas domino Alban[ensi], neque Regi pecunia non potuit mitti, sed ubi dominus noster faciet fieri obligacionem modo et forma portatis per Jo[annem] Henrici et quam portat eciam dominus Egidius, dicta pecunia expeditur et mittetur.

Item gracia per Regem facta, ut supra dictum est, apparebit per copiam litterarum reg[iarum], quas portavit P[etrus] Henrici, et eciam portat dominus Egidius pro presenti.

b) Item dicet domino nostro et dominis nostris card[inalibus] statum camere, qui fuit missus per dictum Joh[ann]em Henrici, et iterato per Thesaur[arium] mittitur Camerario domini nostri pape.

¹⁾ Bernhard de Montlehéry, trésorer der Dauphiné (Valois, a. a. O., S. 458, Note 1).

²⁾ Der Camerarius apostolicus war damals Petrus de Cros, Erzbischof von Arles. Er war mit Gregor XI. nach Italien gezogen.

³⁾ nondum *ms.*

⁴⁾ Thesaurarius apostolicus war Petrus de Vernols, Bischof von Maguelone (Valois, a. a. O., S. 458, Note 3)

⁵⁾ cameran! *ms.*

Item qualiter ad succurrendum dominis, domini nostri miserunt ad petend[um] subsidia a prelati[s] et clero Francie Collectorem Narbone.

Item consimiliter dominum Sicardum de aquairosio (vnquairosio) ¹⁾ socium domini Thesaur[arii] miserunt ad prelatos et clerum lingue occitan[e].

Item dicti prelati Francie et lingue occitan[e] audita creacione domini nostri moderni, credent[es] ipsos dominos nostros card[inales] propter dictam creacionem nullam habere indigenciam, se retraxerunt, et propter hoc iam per eos concessum subsidium solvere nunc recusant.

Item domini mei predicti viden[tes], quod maior est necessitas, creato domino nostro, sibi subveniendi, procurabunt quod dictum subsidium graciose concedatur et levetur, si sit possibile, et erit expediens, quod dominus noster super hoc ipsis graciose scribat.

Item videretur dominis meis quod esset expediens quod scriberetur prelati[s] creacio domini nostri per bullam, et principibus eciam ac aliis quibus videbitur expedire, et universitatibus studiorum et villarum.

Item videretur expediens quod dominus noster scriberet metropolitanis recitando, qualiter card[inales] qui sunt in Avinion[e] pro succurrendo dominis card[inalibus] existentibus ultra montes, miserant ad ipsos et alios prelatos et c[etera], quod ipsi velint inducere suffraganeos atque clerum ad succurrendum domino nostro et dominis nostris, qui modo plus indigent, domino nostro creato, quam ante, et quod nolint se retrahere a subsidio graciose prestando, cum dominus noster non intendat eos oneribus vel aliis exactionibus aggravare, sed posse suo omnimodo relevare.

Item qualiter eciam domini dominum Egidium Sanceii miserunt ad (prelatos) et clerum arag[onie] pro simili subsidio obtinendo interessendo in consilio prelatorum et nobilium quos Rex fecerat mandaverat congregari pro habendo consilio.

Item ²⁾ informetur dominus noster de hiis que fecerunt Episcopus famag[ustanus] et magister palatii cum Rege Fran[cie], et de responsione per Regem facta de consilio prelatorum ad hoc convocatorum, que responsio est tradita et dicta eciam deliberacio ipsorum prelatorum dicto domino Egidio per extensum, et secundum illam expedit, ut videtur dominis meis, quod dominus noster provideat et mittat unum vel duos de dominis card[inalibus] ad Regem

¹⁾ Aquairosio] durchgestrichen, darüber von derselben Hand; vnquairosio, auch wieder durchgestrichen. In den vat. Rechnungsbüchern (Introitus et exitus no. 350) hat Valois (a. a. O., S. 459, Note 2) den Eintrag gefunden: Die XVIII mensis Decembris recepti fuerunt a domino Sicardo de Brugayrosio...

²⁾ Hierzu unter einem bestimmten Zeichen auf der Aversseite des Blattes: Memo[ria] de mittendo H^{os} prelatos in casu acceleracionis. Item memo[ria] de Xm[illibus] fran[corum].

Fran[cie], et de illis saltim unum, qui fuerit in conclavi Rome in nominatione illius Bartholomei per impressionem notoriam facte, videretur aliquibus quod dominus domini Lemovicen[sis] et Ambian[ensis] essent optimi, vel dominus Ambian[ensis] et unus alter, de quo videbitur domino nostro et dominis, qui sit Regi gratus Regi, qui sit Regi gratus.

Item informetur dominus noster quod ubi sunt x persone, novem sunt pro isto maledicto Bartholomeo et unus pro opinione dominorum, et super hoc provideat sibi et Ecclesie universali, quomodo multos sequaces habet iste Bartholomeus male informatos et de maior[ibus] et minoribus propter malam informacionem.

Item videtur tam Regi quam dominis meis, et eciam dilig[en]tibus dominum nostrum et dominos nostros card[inales], quod expedit domino nostro quod omnino se transferat ad partes istas celerius quomod[o] poterit, quia hic stando in maiestate sua cum dominis nostris card[inalibus] veris et cancie canonice creatis cicius confundet dictum Bartholomeum, quam stando ubi est, et cicius attrahet principes ad obedienciam suam, et specialiter per manum Regis Francie, ad quem Imperator, Reges Ungarie et Scocie ac c) Castelle et alii se referunt, et viam quam tenebit opinatur creditur quod tenebunt et sequentur, prout videri poterit in quadam littera que facit mencionem de Imperatore et Rege Ungarie qui ista de causa tuit miserunt ad Regem, et preveniat alium Bartholomeum, qui de consilio aliquorum istarum parcium proponit cito venire in Franciam, et submittere negocium suum iudicio cognicioni Regis.

Item explicabit sibi illa que impetravit a domino Andeg[avensi], quando ibi fuit missus per dominos cardinales, et vir[tu]te cuius est missa certa pecunia per Johannem Hervei, et amplior et cetera.

Item audita creacione domini nostri, cardinalis Morinen[sis] misit nova domino Andeg[avensi], qui de ea habuit maximum gaudium, et fecit cantari Tedeum laudamus et missam de sancto spiritu, et ultra fecit proclamari per totam villam Tholose quod nullus obediret illi Bartholomeo, sed domino Clementi VII. prout scutifer, qui celeriter portavit nova, retulit dicto card[inali] et quod auditis novis fecit celebrari missam de sancto spiritu in ecclesia cathedrali Tholose et litteram quam dictus dominus dux rescripsit dicto card[inali] manu sua propria portat dominus Egidius ex parte ipsius card[inalis] dicto domino nostro inclusam in littera ipsius domini card[inalis].

Item dicet qualiter fere tota Provincia, nisi domina Regina contrarium mandet, adheret iste Bartholomeo, et quod faciat quod ipsa scribat Sen[esca]llo, quod faciat proclamari quod nullus obediatur isti antichristo, sed Christi vicario Clementi VII., et non potuit publicari littera declaracionis contra Bartholo[meu]m in Aquis et Arelate propter timorem sedicionis populi.

Item qualiter Rex scribit Regine et Comiti Fundorum¹⁾ regraciando de factis, et cetera, et rogando, et cetera, et litteras portat dictus dominus Egidius.

Item advisetur dominus noster, quod si contingeret eum venire, non recipiat portum nisi in Regno Franc[ie], nisi Provinciales essent reducti, et eodem modo recipere galeas de Francia illas duas que sunt ibi, ut dicitur hic, per eum retente.

Item si contingat ipsum venire, quod dimittat ibi legatos propicios ad impugnandum Bartholomeum et terras Ecclesie gracie reducendum ac patriam gubernandam.

Item dicatur domino nostro, qualiter episcopus Massilien[sis]²⁾ translatus per Barth[olomeum] ad ecclesiam Valen[tinensem] occupat eam de facto et tenet partem dicti Bartholomei.

Item episcopus Grassen[sis]³⁾ translatus ad ecclesiam Massilien[sem] iddem facit, et super hoc apponantur remedia opportuna, et aliqua sunt dicta domino Egidio super hoc orethenus referenda.

Item patriarche Antiochen[o],⁴⁾ cui commendata erat ecclesia Ruthenen[sis],⁵⁾ per Bartholomeum est commendata metropolitan[a] ecclesia Tholosana, et tenet opinionem Barth[olomei], ut fertur, nondum tamen recepit possessionem ecclesie predictae, et videat dominus noster, quid agendum et providebitur eidem, qui clero et populo ibidem non est multum gratus quia civitas fuit multum scandalisata audita promocione eius.

Item Bartholomeus contulit Arelaten[sem] ecclesiam cuidam fratri vel nepoti domini de Brusuich, qui insidiatur latenter castris et fortaliis diete ecclesie, et idcirco provideatur per mandatum Regi Regine dirigendum Se[nescal]lo, quod protegat et defendat dominum Camerarium, et volen[tem] occupare impediatur et viriliter expellatur.

d) Item advisetur dominus noster, quod hic ordinetur aliquis pro parte camere, qui recipiat soluciones prelatorum, det quitancias, absolvat et dispenset, possit dilaciones dare, et unus alter pro parte Collegii, et tunc pecunie, que non possunt portari in Ytalam, hic prompcius habebuntur et provideatur de thesaurario sicut alias scriptum fuit.

Item advisetur dominus noster, quod scribat domino duci Andegaven[si], quod de summa XLIII^m milium florenorum, restan[te] sibi deberi per cameram, det dilacionem usque ad festum Penthecostes, vel amplius.

1) Comes Fundorum: Onorato Caetani.

2) Bischof von Massilia: Wilhelm de la Voulte.

3) Bischof von Grasse: Aymar de la Voulte.

4) Patriarch von Antiochien: Johann de Cardailhac.

5) Ecclesia Ruthenensis = Rodez (Eubel, Hierarchia, I, S. 440).

Item ecclesiis vacan[tibus] provideat de bonis personis, quia per illas attrahet ad se eius obedienciam et clerum et populum.

Item advisetur quod placeat confirmare electos confirmatos Cameracen[sem] et Leodien[sem], per quos totam patriam Leodien[sem] et Hanonie et c[etera] ad se attrahet, cum sit data sufficien[cia] electo Cameracen[si] et potestas Leodien[si].¹⁾

Item scribatur prelati Francie amicabilem et graciosam, ut sibi sint propicii et sustineant factum suum et statum contra Bartholomeum intrusum, caventes ne incidant in penis Juris.

Item advisetur dominus noster, quod mittat solemnes personas ad Reges Aragon[ie], Castelle, Anglie et Portugalie et aliis principibus alios principes Regnorum, pariter et prelatos.

Item dicatur eidem, quod dominus Egidius Sanceii fuit per nos missus ad Regem Aragonum, qui noluit respondere, an adhereret Bartholomeo, vel oppinioni dominorum cardinalium, nisi prius habito consilio cum prelati et aliis principibus Regni sui, et iam portaverat raubas suas et aquilam, et super hoc habet litteram dominus Egidius.

Item procuretur dari potestas penitenciaris hic stantibus, ut possint uti suo officio, ac si essent in curia, et ordinetur de ipsorum vadiis.

Item mittat dominus noster ad Imperatorem aliquem prelatum sibi fidelem et ad Regem Ungarie.

Item dicatur domino nostro, quod ex eo quod non fiebat iusticia in villa Avinionen[si] villa supplicavit domino Nemausen[si], quod poneret finito tempore viguerii, quod finivit XX^a. die octobris, unum bonum viguerium et hominem auctoritatis, et nominavit²⁾ ei duos, dominum Casenove,³⁾ et dominum castri Reynardi; dominus Nemausen[sis]⁴⁾ rogavit dominum Casenove ut officium recipere vellet, quod acceptavit, et in officio positus fuit. Supplicetur igitur domino nostro, ut non amoveat ipsum, quia fieret sibi magna iniuria, cum officium non sit multum hon[orabile] pro eo, nec acceptasset nisi ad audivisset eleccionem domini nostri Clementis.

Item provideat dominus noster super facto Venaissini, ubi fratres d et illi de genere domini nostri Gregorii tenent castra et possessiones adhuc tenent et possident, que debuissent dimisisse in continenti post obitum ipsius domini nostri, et c[etera].

1) Bischof von Cambrai: Johann T' Serclaes; Bischof von Lüttich: Eustachius Persand de Rochefort; Klemens VII. expediert die Konfirmationsbullen am 5. u. 8. Nov. 1378 (Valois, a. a. O., S. 457, Note 1).

2) nominavit] früher nominaverat.

3) Guiran de Simiane, Herr von Caseneuve; Blacas de Poulevez, Herr von Châteaurenard (Valois, a. a. O., S. 464).

4) Johann d'Uzès, Bischof von Nîmes.

Item advisetur quod nullam guerram recipiat nisi contra Intrusum.

Item de facto domini Bernardi de Sala.

Item scribat dominus noster vel scribi faciat domino Pam-
pi[lonensi] card[inali] quod desistat ab inceptis et mutet opinionem
quam tenet.

Congregatio Hispano-Benedictina alias Sancti Benedicti Vallisoleti.

Auctore D. Fausto Curiel, O. S. B. Hispano-Casinensi P. O.

(Continuatio ad fasc. IV. 1906. pg. 593 - 606.)

Caput III.

Moderatores Generales Congregationis Vallisoletanae.

Constitutionum Congregationis Vallisoletanae jam absoluto epitome, visum est nobis statim subjicere catalogum Moderatorum Generalium eiusdem¹⁾ quia in honorem et laudem ipsius, immo et totius Ordinis nostri non parum cedere existimamus, siquidem paucae Congregationes tam ingentem virorum, sanctitate, doctrina muneribusque perfunctis illustrium exhibere poterunt numerum. Antea tamen nonnulla, sicut alio loco promissimus, delibare oportet circa quaestionem diu acriterque agitatam super electione Moderatorum Generalium, quam ex una parte Vallisoletani monachi, ex alia Congregatio sibi unice competere contendebat; mirum enim valde fuit quod hanc ob causam unitas Congregatioque ipsa non subverteretur.

§ I.

Controversia super Moderatorum Generalium electione.

Causa et origo huiusmodi controversiae repetenda sunt ex inordinata efformatione huius Congregationis, quae, sicut in capite primo demonstravimus nonnisi plurimorum annorum spatio absoluta fuit, accedentibus Coenobio Vallisoletano aliis Hispaniae Monasteriis singillatim et per magna temporis intervalla. Cum ergo plurium horum Monasteriorum reformatio Vallisoletanis monachis commendata fuisset, hique illa sibi maxima subiectione obstringerent, ita ut, suppressa saepe dignitate abbatali, novi eorum Superiores a Vallisoletano confirmarentur, hic tamen a suis tantum monachis electus ipso facto pro confirmato habebatur,²⁾

¹⁾ Ideo quae ad III in prioribus referebantur in IV inveniuntur.

²⁾ Privilegia, pag. 119, 126, 134.